

(5)

Bulla S^mo. N. P^o PP. IIII Indictionis seu prosecutionis
Concily in Ciuitate Tridentina, ad festum Paschalis re-
surrectionis D. N. Anno 1561. Dat. xxix. Nouemb. 1560.

PIVS EPVS SERVVS SERVORVM DEI AD PERPETVAM REI MEMORIAM

Ad Ecclesiae regimen, licet tanto oneri impares, sola Dei dignatione uocati statim circumferentes mentis oculos per omnes Reip. Cri- stianae partes, cernentesq. non sine magno horrore quam longe lateq. pestis Haeresum et Scismatis peruasisset, et quanta Cri- stiani populi mores correctione indigerent, in eam curam, et cogitationem pro suscepti muneris officio incumbere cepimus, quemadmodum ipsas haereses extirpare, tantumq. et tam perniciosum Scisma tollere, moresq. adeo corruptos, et depra- uatos emendare possemus. Cumq. aut intelligeremus ad haec sananda mala aptissimum esse remedium, quod sancta haec sedes adhibere consueuisset, Oecumenici generalisq. Con- cily eius congregandi, et Deo iuuante, celebrandi Concilium cepimus: inditum quidem illud antea fuit a fe. re. Paulo III. et eius successore Iulio praedecessorib. nris, sed uarijs de causis saepius impeditu et interpellatu perfici non potuit, Siquidem Paulus cum id primo in urbem Mantuam, deinde Vicentiam uiderisset, quasdam ob causas in Luteris eius ex- pressas id primo suspendit, postea Tridentu transfudit Deinde cum quibusdam de causis ibi usq. eius celebrandi tempus delatum fuisset, tandem suspensione sublata, in eadem Ciuitate Tridentina inchoatum fuit, Verum sessio- nibus aliquot habitis, et nonnullis Decretis factis ipsum se postea Concilium aliquib. de causis (accedente etiam sedis Ap^{ca} aucte) Bononiam transfudit, Iulius aut qui ei successit, in eandem Ciuitatem Tridentinam id reuocauit: quo quidem tempore

7
facta alia quaedam Decreta sunt, sed cum noui in propinquis Ger-
mana locis tumultus excitati fuissent, et Bellum in Italia et
Gallia grauissimū exarsisset, rursus Concilium suspensum et dilatu-
m fuit, adiuantē nimirum humani generis hoste, aliasq. ex alijs diffi-
cultates, et impedimenta obijciente, ut tantum Ecclesiae cōmodū, quod
proorsus auferre non poterat, saltem q̄ diutissime retardaret. Quanto,
peere uerō interea aulta fuerint, et multiplicata, ac propagata haereses,
quantepeere Schisma creuerit, sine maximo animi dolore nec meminisse
possumus, nec referre. Sed tandem pius et misericors Dominus, qui
nunq̄ ita irascitur, ut misericordia obliuiscatur, Regibus et Princi-
pibus Christianis pacem et unanimitatem dare dignatus est, qua
nos occasione ablata maximam in spem uenimus, misericordia facti,
fore, ut is tantis quoq. Ecclesiae malis eadem Concilij uia finis impo-
natur. Nos itaq. ad Schisma, haeresesq. tollendas, ad corrigendos et
reformandos mores, ad pacem inter Christianos Principes conseruan-
dam, celebrationem eius non esse duximus diutius differendam.
Habita igitur cum uenerabilib. fratribus nr̄is S. R. E. Cardinalib. delibe-
ratione matura, factis etiam consilij nr̄i certiorib. clarissimis
in Christo filiis nr̄is Ferdinando Romanorū Imperatore Electo,
et alijs Regibus, atq. Principibus, quos quidem, sicut de eorum
summa pietate et sapientia nobis pollicebamur, paratissimos ad
ipsius Concilij celebrationem adiuantiam inuenimus. Ad Dei
Omnipotentis laudem, honorem et gloriam, atq. uniuersalis Eccl̄iae
utilitatem, de eorundem fratrum nr̄orū consilio et assensu, sacru
Oecumenicum et Generale Concilium auctoritate eiusdem Dei
et beator. Petri et Pauli Apostolor. qua nos quoq. in terris fungimur
facti, et subnixi, in Ciuitate Tridentina ad sacratissimum diem

Resurrectionis Dominice proxime futurum indicimus, et ibi
celebrandum, sublata suspensione quacumq³. Statuimus atq. de
cernimus. Quocirca venerabiles fratres nostros omnibus ex locis Patri-
archas, Archiepiscopos, Ep^{os}, et dilectos filios Abbates, ceterosq.
quibus in Concilio Gnali sedere, et sententiam dicere iure co-
muni, uel ex privilegio, uel ex antiqua consuetudine licet, ue-
lementer in D^{no} hortamur, et monemus, atq. etiam districte pra-
cipiendo mandamus in uirtute sanctae obedientiae, in ui quoq.
Iuramenti, quod praestiterunt, et sub poenis, quas in eos, qui ad
Concilia generalia conuenire neglexerint, sacris sciunt esse Ca-
nonibus constitutas, ut ad Concilium ibi celebrandum conue-
niant, intra eam diem, nisi forte impedimento fuerint legitimo
praepediti, quod tamen impedimentum per legitimos procu-
ratores Synodo probare debebunt. Monemus praeterea omnes
et singulos quorum interest, interesse uel poterit, ut in Concilio
adesse ne negligant, Carissimos uero in Chr^o filios nostros
Romanor^{um} Imperatorem Electu^m, ceterosq. Reges, et Principes,
fratres, quos optandum sane esset Concilio interesse posse, hor-
tamur et rogamus, ut si ipsi Concilio interesse non potuerit
at Oratores suos prudentes, graues et tuos uiros utiq. mittat,
qui ipsor^{um} nomine illi intersint, curentq. diligentes pro sua pe-
tate ut ex eor^{um} Regnis atq. Dominijs Praelati sine excusa-
tione, ac mora tam necessario tempore Des, et Ecclesiae officium
suum praestent, eosdem etiam curaturos esse minime dubita-
tes, ut per ipsor^{um} Regna et Dominia tutum ac liberum iter
Praelatis, eorumq. familiarib. Comitib. et alijs omnibus ad

Conc.^m

Concilium euntibus, et ab illo redeuntibus pateat, benigneq; ac
 comiter omnibus in locis recipiantur, atq; tractentur. Sicut
 quod ad nos attinet ipsi quoq; curabimus, qui nihil omnino pra-
 termittere decreverimus, quod ad ^{san} pium et salutare opus perficiendu
 a nobis in hoc loco constitutis praestari possit, nihil (ut Deus scit)
 querentes aliud, nihil propositum habentes in hoc Concilio celebra-
 do, nisi honorem ipsius Dei, dispersar, omnium reductionem, ac salute,
 et perpetuam (Siciliana) Reip. tranquillitatem, ac quietem. Ut
 veri haec litera, et quae in eis continentur ad omnium, quorum oportet,
 notitiam perveniant, nec quisq; ea excusatione uti possit, quod
 illa ignoraverit, praesertim cum non ad omnes, quos de his literis
 certiores fieri oporteret, tutus forsitan pateat aditus. Volumus
 et mandamus ut in Basilica Vaticana principis Apostolor, et
 in Ecclesia Lateranen, tunc cum in eis populus, ut Messar,
 solemnib. intersit, congregari solet, palam clara voce a Curia
 nra Cursorib. seu Notarijs aliquibus publicis recitentur, et ^{et} ^{itemq;} Cancellaria Ap^{te}
 postq; recitatae fuerint, ad ualvas ear, Ecclesiar, ibiq; quo legi, ^{et in solito loco campi} ^{Flam affigantur.}
 et omnib. innotescere possint, aliquam diu relinquuntur, cum
 autem inde amovebuntur, ear exempla in eisdem locis affixa
 remaneant. Nos enim per recitationem, publicationem, et
 affixionem omnes et singulos, qui his literis comprehendantur
 post duos menses a die publicationis et affixionis ear, Volumus
 perinde adstrictos et obligatos esse, ac si ipsismet illa coram
 edita, et lecta fuissent. Transumptis quoq; ear, quae manu
 publici alicuius Notarij scripta, subscriptaue, et sigillo, ac sub-

scriptione alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constituta,
 munita fuerint, ut sine dubitatione aliqua, fides habeatur, man-
 damus atq; decernimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
 Eam paginam nostrae Indultionis, Statuti, secreti, praecepti,
 admonitionis, et adhortationis infringere, vel ei ausu teme-
 rario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit
 indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli
 Apostolorum eius se noverit incursurum Datus Roma apud
 sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicae. Millesimo
 quingentesimo sexagesimo. Tertio Idibus Decembris.

Pontificatus nostri Anno Tertio

+ Ego Pius catholicae ecclesiae Episcopus



- + Ego R. Cardinalis de Carpo Episcopus Portuen'
- + Ego F. Cardinalis Pisanus Episcopus Tusculanus
- + Ego Fid. Car. Casus, Episcopus Prenestin'
- + Ego Joes Car. Moronus, Episcopus Albanen'
- + Ego Cristoforus Madrutus Car. Puden'
- + Ego Octo Trucees Car. Augustanus
- + Ego Ty. Car. Crispus.

- Ego Io. Mi. Cardinalis Saracenus
- Ego Jo: Car. ^{ls} s. ^{ti} Vualis
- Ego Io: an. Car. ^{ls} Meßaneñ
- Ego Ia. Car. ^{ls} Puteus
- Ego Io. Ba. Car. ^{ls} sancti Clementis
- Ego Scipio Car. Pisar,
- Ego Io: Car. ^{ls} Beomannus
- Ego Io: Antonius Car. ^{ls} Capisuccus
- Ego Had. Car. ^{ls} Gaddus
- Ego F. M. Car. ^{ls} Alexandrinus
- Ego Clemens Car. ^{ls} Araceli
- Ego Io: Ant. ^s Card. s. ^{ti} Georgij
- Ego A. Cardinalis Farnesius Vicecancellarius
- Ego Gui. Asc. Card. Camerarius
- Hep. Car. Ferrarion
- Ego I. Car. ^{ls} Vrbini
- Ego Aloy. Car. Cornelius
- Ego Hier. ^s Simoncellus
- Ego Vitellotus Car. Vitellus
- Ego Io: Car. ^{ls} de Medicis
- Ego Carolus Car. ^{ls} Borromeus